

Theophylaci  
ARCHIEPISCOPI BVL-  
gariæ, in quatuor Domini no-  
stri IESV CHRISTI  
Euangelia, enarra-  
tiones luculen-  
tissimæ.

auctoꝝ auctor Anna sancto  
doctoꝝ fonseca in uita p. pt.  
313 colu. 2.



1545

## AD LECTOREM.

LOC A aliquot inuenies pie Lector in Theophylacto  
cauenda, hæc scilicet tria quæ sequuntur, citra tamen catho-  
lici ipsius authoris notam.

Charta enim. 279. E. Spiritum sanctum à filio proce-  
dere negat.

Charta 62. F. dicit, Dei est vocare, electos autem fieri vel nō, nostrum est. In qua cā sententiā frequēs loquitur.

Charta. 33. F. de diua virgine, Humanum quid vole-  
bat ostendere mater, qd ut in filium potestatē habeat. Nihil  
enim magnum adhuc de eo intelligebat, &c.

Attende itaque lector, primam illā enunciationē non  
esse catholicam, quum spiritum sanctum ab utroque proce-  
dere nulli sit dubiū. Loquutus est enim Theophylactus no-  
ster Græcorum more, illis temporibus ita sentiētū: & pro-  
pterea minime reprehendēdus. quia minime tunc ab eccle-  
sia vniuersali sic defivitū: quemadmodum nec sanctissimū  
martyrem Cyprianum hæreticum fuisse dicemus, quāquā  
non agnoscētem baptisma ab hæreticis aut scismaticis ad-  
ministratum: quod tum Ecclesiæ sanctio de sacramentorū  
per ministros etiam extra ecclesiam errantes exhibitorum  
non minore efficacia, nondum euulgata fuerit.

Deinde quoniam electum fieri, intelligi potest pro  
ipsa diuinæ electionis prædestinationis sue impletione, quæ  
nequaquam sit citra hominis cooperationē, iuxta illud di-  
ui Petri, Satagite vt per bona opera certā vestram vocatio-  
nē & electionem faciatis. eapropter illud ab authore adser-  
tum, electos fieri vel nō, nostrum est, cum potest subire sen-  
sum. De hoc tamen loco certius ipse idem autor apud Ioā-  
nem cap. 6. folio. 305. b c d e. differit, & fusius.

At reliqtis de diua virgine verbis, haud secus atque  
de altero quopiam Græci doctoris dicto sentiēdum, quod  
in eis excederit verbis.

Paucula hæc cursum nobis pro pietate adnotare visum  
est. Vale amice lector, & hæc omnia boni consule, ac nostrā  
in cunctis diligentiam non ingratus amplexare. Vix enim  
quempiam inuenies qui hoc aut bore in sancta dei Euange-  
lia vel exactius vel etiam locupletius scripsit. Iterū Vale.



HEOPHYLACTVS ille, amice  
lector, tāctū inter Græcos theolo-  
gos recentior, & succinctæ dictio-  
nis filo familiarior, neutiquā mea  
sentētia studiosis aspernādos fue-  
rit, & non solum nō aspernandus,  
sed & multis nominibus commen-  
dandos. in arctum enim cogit, quæ  
multi fusim non sine legentium fa-  
stido tradiderunt: & breuis qui-

dem est, in plerisque tamen abundē satis Euangelistarum  
mentē explicat: quo manifeste videoas ad hoc vnum spectas-  
se eū, vt quam maximē prodebet. ita familiaris est, ne sit fa-  
stido: ita autem breuis, ne cōqueri possis obscurum esse. id  
quod paucis datum. Ex multis authoribus appareret instar a-  
picalæ in mellificinā sui aluearij probatiores sententias cō-  
uexisse, in primis autem ex Chrysostomo tanquā ex aureo  
suo fonte, maximē aureas interpretationes hausisse, ita vt  
in huius compendio parum desideres ad explananda Euan-  
gelia, eorū quæ ille sinuosis voluminibꝫ protulerat. Quem  
& sequitur de libero arbitrio ac fide, & quibusdam aliis, &  
proinde in quibusdam interpretandis violentior. quod di-  
xerim, vt in hoc tuum adhibeas iudicium, qui te solis cano-  
nicis scripturis addictū nosti: non vt totum à lectione au-  
cem, quorūdam more, qui max quum vnum & alterum dis-  
plicuerit dictum, toto libro abrenunciant. Quin potius ut  
lia propter nāuos paruos ne reiiciamus. Sunt & in humili-  
bus casis penates. Audiimus & balbos nonnunquam pru-  
denter de quibusdam differētes. Ecce hic crebras paraphra-  
ses multum lucis afferentes adiicit, pulchrè connectit quæ  
dīs διὰ πατῶp, dissidere videntur. In allegoriis etsi non ubi-  
que solidus, iucundus tamen est. Me lauē nō admodum la-  
boris p̄cūnit, quem in hunc librum paucis mēsibus insum-  
pfi, ita volentibus amicis. Et quanvis eum rhetorico mēdo  
non ornauerim, neque hoc si vel maximē voluissim, permi-  
fissent quotidianæ lectiones, conciones, vrgens typogra-  
phus, & periculosi nostri dies: operam tamen dedi, vt fideli-  
ter redderem quod communicandum suscepseram, nihil mi-  
nus agens quam vt vel alienum, vel meum quippiam admi-  
scerem. Vnde si bene dicit, illius laus est: si alicubi non sa-

# Theophylactus

ARCHIEPISCOPI BVLGARIÆ  
in Euangeliū Matthæi cñarratio:  
interprete Ioāne Oecolampadio.



Vemadmodum magni illi atq; dī  
uini viri, qui ante datam Mōsi le-  
gem vixerē, nō ex literis & libris  
discēbant, sed mūda prēditi mē-  
te, spiritus illustratione illumina-  
batur, atque in hunc modū, dco  
iphis ore ad os colloquente, quæ  
deo placita erāt, cognoscebant.  
Tales se prēstabāt Noe, Abrahā,  
Iob, Mōses. At postquā deterio-  
res facti sunt homines, & indigni, qui à spiritu sancto illu-  
strarētur & docerentur, cōcessit tandem misericors deus &  
scripturas, vt vel per illas, diuinę voluntatis essent memo-  
res. Ita & Christus apostolis eoram in sua persona locutus  
est, & spiritus sancti gratiam misit doctoris. Verū, quoniā scripta.  
hæreses pollulaturæ erāt, quæ mores, nostros depauperen-  
tur, operæ preciū visum est, vt scribereantur & Euangelia,  
quo discētes ex illis veritatē, non ab hæresium mēdaciis  
deciperemur, morēsq; nostri non prorsus pessundarētur.

Quatuor autē Euāgelia nobis dedit, fortassis ideo, quia  
quatuor virtutes vniuersales ex eis discimus, fortitudinē,  
prudentiā, iustitiam, & temperantiam: Fortitudinem qui-  
dem, cùm dicit dominus. Ne timueritis eos, qui occidunt  
corpus, animam autē occidere non possunt: Prudentiā ve-  
rō, quando admonet, Estote prudentes, vt serpentes: Iusti-  
tiam autē, quādo docet, Sicut vultis vt faciat vobis homi-  
nes, ita & vos facite eis: Temperantiam quoq;, quando af-  
firmat, Omnis qui aspergerit mulierem, vt concupiscat eā,  
iam mœchatus est in corde suo. Euāgeliū dicitur, eo q  
mūciet nobis res prosperas, & bene se habētes, hoc est bo-  
quid.

*Cur euān  
gelia con-  
scripta.*

*Cur qua-  
tuer.*

*Matth. 10  
ibidem.  
Matth. 7.  
Matth. 5.  
Euāgeliū  
quid.*

cœlum, & vidimus viros, & eramus sicut locustæ coram eis. A  
 & quæcunque sunt similia. Ita igitur quod non possit mun-  
 dus capere libros qui scribantur intelligere licet. Quidam  
 autem per mundum intelligunt eos qui mundana sapient:  
 opera autem quæ facta sunt à Iesu, diuina, & mysteriis ple-  
 na, tā in visibili q̄ in inuisibili creatura: & quæ futura sunt,  
 & mysteriis sunt referita, mundanum hominem non posse  
 intelligere: sicut & quum dicitur, Multa habeo quæ non po- Iohn. 16:  
 testis portare modo. Cæterum precemur ne quando dictio-  
 rum factorumque Christi obliuiscamur, sed reueluamus li-  
 brum hunc dilecti, & scrutemur in eo positum thesaurum  
 in miraculis ac verbis Iesu, ut sic valeamus purificari & vita  
 & sermone, consequamurque in die revelationis ineffabilia  
 opera & mysteria, quæ nunc quandiu in mundo sumus, ca-  
 pere non possumus: & perficiamur in Christo, qui dilexit  
 nos, & per dilectum suum discipulū illustrauit nos in Theo-  
 logia & agnitione sui, & patris, & filij, & spiritus sancti: cui B  
 sit gloria in seculorum secula. Amen.

## FINIS

*Excudebat Benedictus Preuost typogra-  
 phus, in vico frumentello iuxta Clauſum  
 Brunellum commorans. Anno Domini.*

1545